

DE SVCCINO

LIBER PRIMVS: AV-

thore Severino Gæbelio, Medi-
co Doctore.



Hæc est vita æterna, vt agnoscamus te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Vox ista est ipsius filij Dei saluatoris nostri, quam proponit nobis ideo, vt reuocet nos ad considerationem perfectæ imaginis Dei, quæ ante lapsum nobis fuit impressa, & vt de restitutione generis humani ac vita æterna, quæ breui speranda est, assiduè cogitemus: vbi non tantum in nobis radij diuinarum operationum lucebunt, sed in tota natura rerum, velut in theatro seu speculo adumbrabitur idea & effigies diuinæ sapientiæ & bonitatis erga nos, nõ sine mirando ordine & harmonia.

Nam & in hac nature corruptione videmus quibuslibet terræ nascenti-